

DD. Plebanis Paroch. Ecclesiar. hujus civitatis Venet. deputatis per ipsum b. m. Joh. Patriarcham ad audiendas confessiones RR. DD. Abbatissarum & Monialium Monasteriorum hujusmodi civitatis, ita ut scandalum aliquod, vel inconueniens ad aures dicti b. m. Pa.^e vel ejus Vicarii verbo, vel in scriptis devenerit: sed omne officium pertinens ad Confessiones audiendum transivit quietum cum satisfactione Abbatissar. & Monial. ac magnif.^m DD.^m dictorum Monasteriorum Gubernatorum, & Parochiarum civitatis: quodque singulis temporibus in Confessores Monaster. hujusmodi ad exequendum officium confessionis requirebatur, & requisitus fuerit per Abbatissas & Cap.^{la} & Procurator. ipsorum Monaster. ab Ill.^{mo} D. Patriarcha prædicto ut aliquis ex DD. Plebanis civitatis p.^{re} tali Monasterio pro Confessore concederetur; ex eo præsertim, quia hujusmodi Plebani ut plurimum provectæ ætatis, & longa experientia ad audiendas confessiones & Eccl.^{ia} Sac.^{ra} administranda existunt, & eliguntur a Parochianis suarum Ecclesiarum, qui de eorum vita, moribus & ætate, diuturna practica, & conversatione cum eorum familiis utriusque sexus per totum annum ratione divinatorum Sacramentorum, & Officiorum quæ in ipsorum Ecclesiis in dies celebrantur temporibus debitis habent, sicque per spatium 50 annor. & ultra observari vidi. In quorum fidem &c.

Datum Venetiis anno Nat. D. N. J. C. 1593, Indict. V, die vero Martis 23 Novemb.

508) Queste sposizioni perchè abbiano qualche verità debbono prendersi lato modo. Omettono di dire, che talvolta i Piovani non solamente andava-